

nibus membris, maneriis, terris, tenementis, redditibus, serviciis, feodis militum, advocacionibus ecclesiarum, vicariarum, capellarum, cantiarum, et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque, wardis, maritagii, relevii, escaetis, curiis, levis, hundredis, rectoriis, decimis, oblationibus, elemosinis, pensionibus, porcionibus, libertatibus, franchesiis, et aliis possessionibus et pertinentiis infra regnum Angliæ, quæ Deo et sancto Stephano aut monachis ecclesiæ sancti Stephani de Cadomo prælibato aliquo tempore pertinebant quibuscunque, ad exorandum et divina peragendum pro bono statu nostro ac prædilectissimæ consortis nostræ Elizabethæ reginæ Angliæ, dum vixerimus, et pro animabus nostris cum ab hac luce migraverimus, habenda et tenenda domum, manerium, sive prioratum prædictum, cum pertinentiis ac cætera præmissa quæcunque à festo sancti Michaelis ultimo præterito, præfatis decano et canonicis et successoribus suis, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam in perpetuum, adeo liberè, integrè, et quietè sicut aliqua persona vel aliquæ personæ domum, manerium, sive prioratum prædictum cum pertinentiis ac cætera præmissa meliùs et liberiùs habuit et tenuit, habuerunt et tenuerunt, ac nos ipsi ea habemus et tenemus, habuimus et tenuimus, seu habemus et teneremus, si modò manibus nostris remanerent, absque impetitione, inquietatione, molestatione, seu perturbatione nostri vel hæredum nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, ballivorum, seu aliorum officiariorum seu ministrorum nostrorum, vel dictorum hæredum nostrorum quorumcunque, statuto, de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito, non obstante. Volentes

insuper et concedentes ex uberiori graciâ et mero motu nostris, quod prædicti decanus et canonici et eorum successores imperpetuum omnibus et singulis libertatibus, quietanciis, et franchesiis quibus ipsi et prædecessores sui in quibuscunque maneriis, terris, tenementis, et possessionibus suis per prædictum regem Edwardum tertium progenitorem nostrum, fundatorem dictæ capellæ, seu per nos ante hæc tempora concessis, hactenus meliùs usi sunt et gavis, in prædictâ domo, manerio, sive prioratu, decimis, terris, et tenementis prædictis, et cæteris omnibus præmissis, et aliis pertinentiis quibuscunque, ex nunc pacificè gaudeant et utantur imperpetuum. Et ulterius per præsentes concedimus præfatis decano et canonicis omnia et omnimoda exitus, proficua, et reversiones, domus, manerii, sive prioratus prædicti, ac cæterorum omnium præmissorum, et cujuslibet inde parcelle, à quarto die Marcii anno regni nostri primo provenientia et crescentia quovismodo usque in diem confectionis præsentium, absque aliquo compoto seu aliquo alio inde nobis vel hæredibus nostris reddendo. Eo quod expressa mentio de vero valore annuo domus, manerii, sive prioratus prædicti, seu cæterorum præmissorum aut alicujus inde parcelle, aut de aliis donis sive concessionibus eisdem decano et canonicis et successoribus suis, vel alicui prædecessorum suorum et successoribus suis per nos aut progenitores nostros seu prædecessores ante hæc tempora factis in præsentibus minime facta existat, aut aliquo statuto sive ordinatione facta edito seu ordinato non obstante.

In cujus, &c. T. R. apud Westmon. decimo die Marcii.

## Cell of Burne, or Patricksburne, in Kent.

TANNER calls this Cell Burne, or Patricksbourn. He says, The manor being given, about A. D. 1200, by John de Pratellis to his new erected Priory of Beaulieu in Normandy<sup>a</sup>, here were placed some Austin Canons, as a

Cell to that foreign Monastery, who had leave to alienate it to the Priory of Merton in Surrey, 1 Hen. IV.,<sup>b</sup> and as parcel of this last-mentioned House, it was granted, 4th Edw. VI., to Sir Thomas Cheiney.<sup>c</sup>

## Patricksburnense Cœnobium, in agro Canciano, Cella de Bello-loco in Normannia.

### Inquisitio.

[Escaet. de Ad quod dampnum, 6 Edw. III. n. 48.]

INQUISITIO capta apud Cantuariam coram Willielmo de North, escaetore domini regis in comitatibus Kancie, &c. die Martis proximâ post festum sancti Nicolai anno regni regis Edwardi tertii à conquestu sexto, virtute brevis domini regis huic inquisitioni consuti, per sacramentum Thomæ de Greneham, &c. Qui dicunt super sacramentum suum, quod dominus rex nunc, nec aliquis progenitorum suorum tempore vacationis prioratus de Bello-loco in Normannia, custodiam de manerio ipsius prioris de Patricksburne, nec de aliis terris et tenementis ad prædictum prioratum quoquomodo spectantibus in comitatu Kancie prædicto, non habuerunt, exitus nec proficua aliqua inde provenientia perceperunt, nec inde in aliquo, aliquibus tempo-

ribus retroactis, intromisit; nec quod priores dicti loci fidelitates domino regi nunc seu progenitoribus suis, hactenus fecerunt. Et dicunt quod quidam Johannes de Pratellis, qui prædictum manerium quondam tenuit de rege in capite, ut de hæreditate uxoris suæ, dedit manerium prædictum priori, et conventui ejusdem loci, tenendum in puram et perpetuam elemosinam. Quam quidem donationem dominus Johannes rex confirmavit per cartam suam. Et dicunt quod dominium dicti manerii, post mortem uxoris ejusdem Johannis de Pratellis descendebat antecessoribus Galfridi de Say, et sic dictus prior tenet de dicto Galfrido de Say, in puram et perpetuam elemosinam, et reddendo pro ipso Galfrido, ad castrum Roffense, singulis annis xij. solidos in festo sancti Andreae. In cujus rei testimonium huic inquisitioni prædicti juratores sigilla sua apposuerunt die et anno supra dictis.

## Priory of Stoke Curcy, in Somersetshire.

TANNER says, The Church of St. Andrew here, and several other lands and tithes hereabouts, being given to the Abbey of L'onley or Lolley, in Normandy, *temp. R. Hen. II.*, a Prior and Convent of Benedictine Monks were sent from thence to settle as a Cell to that foreign House, which continued till the suppression of Alien Priories, and then was

given by King Henry the Sixth to his College at Eton. It was accounted worth 58*l.* per annum, in the valuation taken of the lands belonging to Eton College, 26 Hen. VIII. Dugdale, both in the former edition of this Work, and in his Baronage, places this House in Devonshire.<sup>d</sup> Cole, in his MS. Volume xxvii. fol. 105 b, places it in Yorkshire.

<sup>a</sup> In Neustria Pia, p. 917, habetur carta donationis per Jo. de Pratellis.

<sup>b</sup> The Church of Patricksburn had been appropriated to this Priory from A. D. 1258. Three canons were to reside for the better performance of all parochial duties, and if the profits increased, more canons were to be sent and kept here, as Cartul. Archiepisc. Tann.

<sup>c</sup> Tanner's References relating to Burne are, "Rot. Fin. 9 Joan. m. 13. Claus. 7 Edw. III. p. 2, m. 6. Pat. 13 Ric. II. p. 3, m. 8. licent. Ric. Alfringham perquirendi maner. de Patricksburn de Priore de Beaulieu, pro lx. annis. Pat. 11 Hen. IV. p. 1, m. 21. et p. 2, m. 5. de

concess. maner. de Patricksbourn Priori de Merton. Rec. in Scacc. 4 Hen. VI. Mich. rot. 16. pro exoneracione firmæ c. sol." In the King's Remembrancer's Office is, "Indentur. de Acquisitione maner. de Patricksburne per Prior. et Conv. de Beaulieu in Normannia." Hil. 3 Hen. VI. rot. 17.

<sup>d</sup> Tanner says, "Vide Cartas, Rentalia, &c. in archivis Coll. Eton. juxta Windsor. Collect. Thomæ Martin de Palgrave gen. ex eisdem. Escaet. Somerset. 1 Edw. I. n. 6. Claus. 2 Edw. I. m. 1. de tertio denario in Wyke, Radeway, et Stokecurcy. Escaet. Somerset. 49 Edw. III. p. 2, n. 4. Inquisitionem de omnibus terris, &c." See also the Taxat. P. Nich. IV. pp. 198 b, 200 b, 204 b.